

voluptatem suam plausu contestantur, adeo quidem, ut omne theatrum summa laetitia perfunderetur., Locus *Salmus* fuit forte in Carmania, sed prorsus incertus est.

3. ὡς δὲ] Apodosis demum sequitur sect. 5: ἐνταῦθα δὴ etc. *Raph.* Quapropter

interpunctionem textus graeci, constructioni verborum vulgo non convenientem, emendavi.

9. δι' ἐρημίας] Dicit etiam Strabo pag. 499: „Habet vero etiam Carmania desertum, ad Parthyaeam et Paraetacenen usque perti- nens.“

XXXV. Ἀναλαβόντες δὲ ἰ αὐτούς ἐπὶ τὰς ἀπήνας, ὅπισσω ἠλαυνον· καὶ τινες αὐτῶν ὑποφθάσαι ἐθέλησαντες τὴν ἀγγελίην, προδραμόντες λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι οὗτός τοι Νέαρχος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἀρχίης καὶ πέντε ἄλλοι νομίζονται παρὰ σε· ὑπὲρ δὲ τοῦ στρατοῦ παντὸς οὐδὲν εἶ-

XXXV. Illis itaque in vehicula exceptis, ad regem revertuntur. Nonnulli horum, nuntium celeritate praevertere cupientes, praecurrentes Alexandro nuntiarunt Nearchum ipsum, et cum eo Archiam ac quinque alios adventare: de exercitu vero universo nihil poterant respondere. Ex

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXXV.

1. Ἀναλαβόντες ὧν — Particula ista non agnoscitur a MSS. tribus [etiam Bodl. atque Veneta et Basil.]. In Optimo autem pro ea legitur δὲ. Etiam infra [sect. 2.] τῆτο ἐκεῖνο omnes vetusti [etiam primae editiones] sine ὧν. Quae ipsa etiam interposita rursus infauiste videtur, paulo infra, ubi verba sunt ἔτι μᾶλλον ἐδάκρουεν Ἀλέξανδρος, [sect. 7.] ubi posterius editi etiam particulam interposuerunt, ἔτι ὧν μᾶλλον, sed ubi sic quoque editio prima [et Basileensis] cum MS. consentit et particulam ὧν abolet. *Gron.* Omnibus his locis veram scripturam restitui. Deinde in καὶ τινες αὐτῶν τέτων postremam, Optimo iubente, abjeci; eundem vero codicem sequi non poteram, si scribit παρὰ σοι pro παρὰ σε.